NICETAS REMESIANENSIS. ORIGENES
3. Viertel 12. Jh. Seite 173r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



quē accepit & construit. ut eū uere faciat dignū munere dī. &
hereditatē diuina. S; quoniam ad dominum & saluatorem nos
trum. ea quę de ihu scribuntur referre consueuimus. fortas
sis, etiā noster omnis ppls hic dat aliquam partem dno
meo ihu & uelut locū quendā habitationi eius tribuit.
S; ne iniuriosum esse uideatur quod dicitur: re
quiramus quomodo nos serui eius ha bitationis
locū ei demus. Ego si bonus possē fieri dabam locū
filio dī in me. Et acceptū ā me locū in anima mea dns ihc edi
ficabat eū & adornabat. & faciebat in eo muros inexpugnabi
les & turres excelsas. ut edificarē in me mansionē. si mererer:
dignā se & patre. & ita adornabat animā meam. ut & capacē
eā suę sapientię ac scientię & totius scītatis efficerē. in tan
tum. ut etiā faceret dm patrem secum intrare. & in ea facere mansi
onem. & cęnarē etiā apud talem animam. cibos quos ipse
donauerat. Quod ut consequi mereamur. preparemus in
nobis cor mundum. quod libenter & grate dominus ihc
mundum cordis nostri introire dignetur hospicium.
cui est gloria & imperium cum spiritu sancto in secula
seculorum. AMEN. Incipit xxvi. De ciuitatibus quę da
te s̄ leuitis & sortibus eorū.

OMNES. FILII. ISRAHEL. ACCEPERVNT.
sortes suas in terra. leuitis autē in hereditatem solus
sufficit ds. Verum quoniam accipiunt leuitę decimas &
primitias de fructibus a filiis israhel. p preceptum dni.
oportebat eos etiā de terra ut ita dicam. & de habitaculis